

1794.

*

1. Bonnus : Responsa iur. XXXVI, XXXVII, XXXVIII et XXXIX. Programma, quo ordinatus senior et reliqui per iur. amissores memoriam Bonnam . . . recolendam indicant.
2. Bauer, Heinrich Gottfried, fec. iur. procuranda.
ius : Responsa iuris 33, 34 et 35. Programma, quo solemnia inauguralia Triumphi Martini Engleri indicant.
3. Bauer, Heinrich Gottfried, fec. iur. procuranda.
ius : Responsa iuris XL, XLI, XLII et XLIII. Programma, quo solemnia Doctoralia Carol. Postumi Mauriti Kleopri indicant.
4. Brennerus, Christian Gottlob, fec. iur. procurand.
ius : De iure aperturae gratiarum Imperiorum asque Imperiorum in ceteris ac munimentis territoriorum Germanicorum competas. Programma, quo solemnia Doctoralia Christiani Gottlieb Tittingii indicant.

1794

5. Inglerus, Fridericus Christianus : De numeris publicis,
justitiae sacrae datibas, abique justa causa non
anferendis.

6. Erhardus, Christianus Vetus : Quae jura in alen-
dis et educandis liberis secundum statutas
naturalium et civilem allineant?

7. Hartold, Christianus Gallus : Successionem in
privatum crevitorum locum, jure afferendi
apud Romanos uixam, et pro sexagesima cele-
brare.

8. Hegner, Fridericus Christianus : De damnatione ad
metalla.

9. Klepe, Carolus Fridericus Mauritius : De natura
et in dale possessio[n]is ad iustitia uti pos.
ti deti et utrubi redendo necessariae.


10. Kneitzschkew, Name, Christianus : De antiquitate
vicariatus laxonici sive origines vicariatus
108. imperii principata Sacrum Francorum

Saxoriusque de Ductac.

11. Pfeiffermann, Ios. Lied. En i; fac ius. Procancello-
rius: (*De jure iuris & vicario*). Programma, quo
solenaria inaugaralia Friderici Christiani Heyne
vi indicet.
12. Raabe, Abraham Gottlieb: *Interpretatio adarri*
Sapphici in *Venerem*. Programma, quo orationem
auspicalem indicet.
13. Tilling, Christianus Furtwangler: Reportatio heredibus
instaurandis vel extirpandis ad Cl. 28 & 1 et. 27.
I. p. 2.



1797
S. Schreyer, Leipzig, geboren. In der Universität
auf Theologie (Theologie abgeschlossen)
und praktisch und wissenschaftlich
b. Theologie, Medizin und Recht studiert.
Von Theologie bestanden und
wissenschaftlich bestanden.
Von Medizin bestanden.
Von Recht bestanden.
S. Schreyer, geboren Christian Heinrich
Schreyer
S. Schreyer, geboren Christian Heinrich
Schreyer



1139t.

MEMORIAM
BORNIANAM

ET
SENATVS AMPLISSIMI
MVNIFICENTIAM

IN
AUDITORIO IVRISCONSULTORVM
SOLENNI ORATIONE

D. XII. IVN. A. C. CCCCCXCV.

HORA IX.

RECOLENDAM AC CELEBRANDAM

INDICVNT

ORDINARIVS
SENIOR ET RELIQVI FACVLTATIS
IVRIDICAE ASSESSORES.

INSVNT

Responso. Iur. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. et XXXIX.

17

B. C. D.

RESPONS. XXXVI.

Quomodo super agnitione partus iurandum sit.

Solent plerumque, qui partus agnitionem petunt, non solum compressionem, sed simul impraegnationem, profiteri, et super integro libello iusiurandum deferre. Reus, compressionis sibi conscient, hanc affirmat, impraegnationem, quam scire nequit, se nescire confitetur. Finita et sententiae submissa disceptatione, existimant alii, iubendum esse reum, vt iuret se non credere, aetricem a se impraegnatam esse. Alii, quibus, vt puto, rectius collegium nostrum suffragatur, damnandum esse, vt partum agnoscat eique alimenta praebeat. Etenim qui mulierem a se compressam agnoscit, eandem aut scit cum aliis coiisse, aut nescit. Si scit, socios nominet, sibique exceptionis congressus cum aliis probacionem concessum iri expectet. Opposita enim haec sine autoris nominatione exceptio tanquam nimis generalis negligitur.



gitur. Sin ignorat, iure existimandus est, credere non posse, aetricem praeter se aliis sui copiam fecisse. Si partim quidem coitus cum aliis factum est, nullumque factum presumi patitur, sed probationem postulat. Partim quilibet in iure bonus presumpitur, ob eamque rem, quae vni concessit, simul alios amplexam fuisse, suumque corpus quasi venum dedisse existimari non debet. Quanquam igitur, qui iusurandum alteri desert, quasi transactionem offert, ut concedat, aut iuret, iudici tamen simul incumbit, ut iurare non finat, quem sciat peieraturum esse. Esse vero iuris intellectu periurum, qui credere iurat, quod credere ius vetat, quis facile negaverit. Dein scimus, sola ea, quae facti sunt, iurisurandi delationi esse obnoxia, missis omnibus, quae de iure immiscentur, quoniam pracepta iuris suo arbitrio inuertere vel immutare nemini licet. Quum itaque foemina, nisi cum mare coierit, concipere non possit, consequitur, effectum frustra negare debere, qui causam affirmauerit. Credat aut non credit, qui coitum concedit, se genitorem esse, sufficit, iure eum talem intelligi.

Quodsi vero ponimus, reum vtrumque iusurandum super compressione et impraegnatione sibi oblatum aetrici retulisse, impraegnationis negationem num aequa negligere liceat, consideremus. Affirmas, quia relatum delato surrogatur, et surrogatum eius naturam sapit in cuius locum surrogatur, et ne cogitari quidem posse dicis relationem eius iurisurandi, cuius delatio iure irrita habenda fit. Aequitatem


tem praeterea exigere, ut, quam deferendi facultate priuamus, eandem necessitati relatum iurandi aequa minus subiiciamus. Accedere nascituri fauorem, cuius intersit, certum habere patrem, quem praeter matrem plerumque inopem ad alimenta sibi praebinda habeat obligatum.

Haec argumenta quanquam a specie commendationem non exiguum habent, veritatis trutinam, si quid video, non sustinent. Rem ab initio repetamus. Quenadmodum alia permulta in iure exempla euincunt, plane diuersa saepius in surrogato obuenire, quam in ea re cui successit, id profecto non minus in iurecurando relato conspicimus. Qualiacunque facta sint, propria aduersarii an aliena, iuriisurandi delationem admittunt, ut tantum, propria falsa esse, aliena se vera esse neque scire neque credere iurecurando suo confirmet. Quae quanquam ita sunt, actori, cui iuriisurandum sui facti causa refertur, eius veritatem sua religione confirmare incumbit, eumque adeo longe alio modo iurare oportet, quam reum, intermissa relatione, oportuisset. Ut ne quidem referre liceat iuriisurandum ad factum rei proprium directum. Eandemque ob causam, quoniam fictio veritati cedere debet, cedentem, non cessionarium, et si vterque vnam personam constituit, iurare iubet Ordinat. Proc. Recogn. Tit. XIIIX. §. 6.

His praemissis rem praesentem aggrediamur. Ponimus astricem, quae coitum cum reo, seque ex illo praegnantem profitetur, et iuriisurandum super vtroque asserto desert. Ponimus, reum vel vtrumque, vel impraegnationem negasse,

A 3

et



et iuriurandum sibi oblatum retulisse. Si prius affirmat et iuriurando super posteriori delato se offert, astricti quidem suum factum impugnare impari contradicere non licet, verum ob rationes supra appositas officium iudicis interuenit, idemque, dum iurare non finit, eidem astricti patrocinatur. Si vero reus iuriurandum sibi delatum refert, eoque ipso astrictem, quae scire debet, cum reo solo, an cum pluribus rem habuerit, quasi sui ipsius iudicem constituit, eximendae illius necessitatis causa omnino exulat. Etenim nec mater veritatis facti, quod professa fuit, religiosam asseuerationem declinare valet, nec nascituri fauor tantum efficere, ut veritas fictioni cedat, utque, dum ei patrocinemur, summam reo iniuriam inferamus.

His rationibus permoti delatum super impraelegatione iuriurandum insuper habemus, relatum contra subsistere, iurandique necessitatem illud consequi statuimus, et quacunque occasione nobis oblata in hunc modum pronunciamus.


RESPONS.

RESPONS. XXXVII.

Qui, relicto processu executivo, debitorem cambii iure persequitur, ad restituendas impensas ex illo processu natas obligatur.

Non raro occurrit, ut ex cambio, alioue instrumento obligatorio, quo debitor cambiali iuri se submisit, creditor processu executivo experiatur, et ius cambii simul protestatione interposita seruare studeat. Cambium et alias cautionses hoc interesse scimus, ut his bona debitoris creditori principaliter obligentur, illo persona ipsa. Et quanquam creditori concedendum non est petenti, ut debitor, quod ex chirographo debet, donec soluat, in carcerem detrudatur, ut potius executio in bona debitoris fieri debeat: Ex cambio contra obligatum executiue an cambialiter persequi malit, in arbitrio creditoris est, partim quia debitoris cambialis obligatio duplex est, ut videlicet aut soluat, aut maneat, quarum altera illius bona, altera personam ingreditur; Partim, ne in odium creditoris conuertatur, quod eius fauore constitutum est.

Hoc vero creditoris arbitrium non eo vsque liberum est, vt, si executione in bona debitoris minus feliciter profecerit, personam aggredi liceat. Quilibet Processus iudicialis in certum finem instituitur, nec licet ob vnam causam plures intendere



dere lites. Ante litem coeptam deliberandum est, quam viam inire satius videatur. Electam aut plane non, aut non impune deferere licet. Plane non post sententiam in causa latam eandemque vires rei iudicatae naestam, ante illam non, nisi restitutis litis impensis, v. §. 9. in fin. Append. Ordin. Proc. Sax. Recogn. Quandoquidem dubitare non licet, de surrogatione processus ordinarii in executiui locum ibi constituta ad alia processus genera aequae pertinere. Quod ipsa res docet. Quippe debitorem condemnatum, ut soluat, aut executionem expectet, contra petitionem creditoris, ut carcerem ingrediatur, exceptio rei iudicatae tuetur.

Nec protestatio creditoris libello inserta, qua ius cambii referuare studet, ipsius videlicet factis contraria quidquam efficit. Adeoque simul consequitur, processus inuersionem ante sententiam creditoris sine expensarum restitutione aequae minus patere. Idem confirmat appendix sententiae ad petitionem concilii academicorum perpetui, in causa G. contra Z. mense Ian. hui. anni latae adiecta his verbis: *Es mag jedoch Klägerin die bis zum 68sten Achten-Blatte verursachten Unkosten kürzen zu lassen, als welche Obliegenheit aus jeder Veränderung der Klage erwißtset, sich keinesweges entbrechen.*

RESPONS.

RESPONS. XXXVIII.

Exemplum legati sub demonstratione relicti.

Ex Lucretiae liberis patrino suo, et ex ventura Petroniae recens nuptiae progenie, si cui patrina esset futura, matrona quaedam opibus abundans vnicuique mille thaleros memoriae sui causa legauerat. Dein testatrixi cognatio illa spirituialis cum duobus Petroniae natis intercesserat. Eaque demum defuncta dubitabatur, vtrique Petronello testaticris patrino legatum mille thalerorum, an soli natu maiori, deberetur. Illud legatariis, haeredi hoc verius videbatur. Haeres et legatarii argumentis sat probabilibus, quibus causam defendebant, instructi erant. Nos tamen ineunte hoc anno propterea consulti vtriusque legatarii petitioni concedendum esse verius duximus his verbis: *Obwohl bey Pathen Geschenken weniger auf die Pathen selbst, als deren Aeltern, Rücksicht genommen wird, und die Verhältnisse, in denen letztere mit anderen Personen stehen, Gevatter/schaften veranlassen, weshalb sogar verschiedene Rechtslehrer Pathen Geschenke für ein peculum profectum geachtet wissen wollen; In dem gegenwärtigen Falle auch man vermuthen sollte*

B

follte

sollte, daß die Erbläfferin mit der Lucretia und Petronia in gleichem Verhältnisse als Anverwandte, oder besonders vertraute Freunden gestanden, gleiche Gesinnungen gegenübelige gehabt, und sie einander habe gleichsetzen wollen, auch, da sie von der Petronia, daß sie Kinder gebären, und sie, wie bereits von der Lucretia geschehen, zur Taufzeugin eines ihrer Kinder erwählen werde, vermuthet, sie jedem von diesen ihrer Freundinnen Kindern, gleichen Vortheil habe angedeihen lassen wollen; Dagegen, daß Caja bey Errichtung ihres Testaments den ungewöhnlichen Fall, Petronia werde sie bey zweien ihrer Kinder zur Grvatterin bitten, gedacht habe, um so weniger zu glauben, je mehr sie sich in Ansehung deren sowohl, als der Lucretiae Kinder des numeri singularis mittelst des Ausdrucks demjenigen Kinde gebrauchet; Welchemnach, da bey Auslegung letzter Willensverordnungen darauf, was der Erbläffer am wahrscheinlichsten gedacht, das Augenmerk vorzüglich zu richten, und überdem von ihm, daß er seinen Erben nicht zu sehr habe beschwehen wollen, zu vermutthen, dafür gehalten werden dürfte, daß nicht beyden der Petroniae Kindern und Pathen der Caja, sondern allein dem ältesten derer selben, mit welchem die Condition ihren Ausgang genommen, das Vermächtniß derer 1000 rthlr. gebühre:

Dennoch aber und dieweil letzte Willensverordnungen in Betref sowohl der Erbeinsetzung als derer Vermächtnisse nicht sofort, wenn sie errichtet worden, sondern allererst mit des Erbläffers Tode, und wenn die in selbigen bedachten Personen denselben überleben, bestehen, und Ausgang gewinnen; Anneben Caja ausdrücklich jedem ihrer Pathen von der Lucretiae und Petroniae Kindern die Summe von

1000



1000 rthlrn beschieden, wobey nicht im Wege steht, daß zur Zeit des errichteten Testaments Petronia noch kein Kind gebohren gehabt, daß vielmehr durch die eriehânte Bestimmung der legatarius für gnugsam bezeichnet zu achten §. 25. I. d. Legat. l. 9. §. 8. D. d. Haered. instituend. Dieselbe auch, da ihr Rechtsverständige um Rath zu fragen freygestanden, weshalb von jedem, daß ihm die Rechte nicht unbekannt, angenommen wird, nachdem sie bey zwey Kindern der Petronia Taufzeugin gewesen, und ihr der Innhalt ihrer testamentarischen Verordnung erinnerlich seyn müssen, wohl glauben können, daß nach ihrem Abtreten jedes dieser Kinder und ihrer Pathen 1000 rthlr. als ein ihm beschiedenes Vermächtniß fordern werde, und sie es gleichwohl dabey bewenden lassen; Hierüber die bey der Disposition gräuferte Absicht, „um sich davon ein Andenken an „mich anzuschaffen“ jedem dieser Pathen auf gleiche Weise zu statthen kommt: So ist das jüngere Kind der Petronia, dessen Taufzeugin Caja gewesen, nicht weniger, als das ältere, das Vermächtniß derer 1000 rthlr. zu fordern berechtigt. V. R. W.

RESPONS. XXXIX.

Testator, si quid in testamento suo dubium videatur, Pauli consiliarii sui sententiam explorare inutiliter iubet.

Matrona illa cuius in antecedente quaestione mentionem feci, in condendo suo testamento Pauli I^{CTI} alicuius, forte curatoris sui, consiliarii certe ope et consilio usus fuerat, ac in ipso testamento, si qua forte intellectu difficultia ac dubia obuenirent, ut Paulum adiret, ab eoque interpretationem peteret, haeredi mandauerat. Quoniam apparebat, praeuia cum Paulo deliberatione testamentum fuisse factum, ab eoque conceptum, quis facile dubitauerit, qualem verborum sententiam esse Paulus dixerit, eandem ab haerede ac legatariis assumendam esse ac tuendam. Si testamentum quidem iure perfectum et agnatum legis instar habendum est.

Quoniam vero, si tanta Paulo auctoritas tribueretur, ut, quam is significationem suppeditaret, eam necessario sequi oporteret, consequeretur, eum quasi testatoris vicem sustinere, ipsiusque testamenti exitum ab eius arbitrio pendere,

dere, id vero leges non permittunt, quae solius testatoris, non tertii voluntatem spectare iubent, l. 32. pr. D. d. Haered. instituend. ob eamque rem voluntatis defuncti quaestionem in iudicis aestimatione collocant l. 7. C. d. Fideic. illam defunctae cautionem tanquam iuri publico contrariam omnino negligendam esse respondimus. His quidem verbis: *Ob wohl nach dem bey voriger Frage angezogenen nicht unerhebliche Gründe vorwählen, wonach zu vermuthen, daß die Erbläfferin nur dem ältesten der Petronia Kindern und ihrer Pathe 1000 rthlr. habe vermachen wollen. Auch jedem testatori freystehet, seine Vermächtnisse mit Bedingungen und andern Beschränkungen, in soweit sie nicht der Natur oder denen Rechten nach unmöglich sind, zu verbinden; Hiernächst kaum abzusehen, was der Verordnung, daß man bey eingetretenden Zweifeln das Gutachten einer nahmhaft gemachten Person befolgen solle, entgegen stehen könnte, da besonders die allhier davon angegebene Ursache, weil Paulus von der Testirerin wahren Willensmeynung die beste Wissenschaft habe, so vernunftsmäßig ist, als zu erkennen giebt, daß mit selbigem über den Inhalt des Testaments Unterredung und Berathschlagung gepflogen worden: Dieweil aber dennoch nach klarer Vorschrift derer Rechte Testamentarische Verordnungen an sich bestimmt, nicht aber von des dritten Mannes Willkür abhängig seyn sollen; Welches letztere der Fall seyn müßte, wenn die in Frage befangene Verfügung in dem von Paulo derselben beygelegten Sinne anzunehmen seyn müßte; Vielmehr aus eben dieser Ursache bey erregten Zweifeln das officium des Richters eintreten muß, welcher die freitige Stelle denen Rechten gemäß zu deuten hat,*

B 3

l. 7.

l. 7. C. d. Fideic. Und übrigens bey der erßtern Frage bereits erwähnet worden, daß das in Frage befangene Vermächtniß um so mehr zu Gunsten beyder der Petronia Kinder und Pathen der Erbtafferin anzunehmen sey, jemehr der letztern, welche sich dessen bewußt, wenn sie andern Sinnes gewesen wäre, solches abzuändern freygestanden hätte: So kann dem Urtheil des Paulus über den Sinn des Testaments keine rechtliche Wirkung, am wenigsten in Betref des streitigen Vermächtnisses beygeleget werden. V. R. W.

Nunc ad rem ipsam, quae haec praefandi copiam dedit.
 Instat XII. Iunii dies collegio nostro religiosus et memorabilis. Recolendae videlicet memoriae BORNIORVM IACOBI et FRANCISCI destinatus. Quorum ille ante hos centum annos collegii nostri Ordinarius fuit, hic ex illius consilio stipendum iurisprudentiae studiosis filiis potissimum nostri collegii assessorum tribuit, et hoc beneficio perennem grati animi memoriam sibi conciliauit.

Quodsi enim boni et aequi studium reipublicae in primis salutare esse hoc nostro potissimum tempore oculis cernimus, profecto de republica egregie merentur, qui iuuenibus auxiliantur, quorum in eo studium potissimum verfatur, vt boni et aequi artem suam faciant.

Nec

Nec minus nos deuinctos profitemur Senatui huius
vrbis amplissimo. Qui non solum ius conferendi huius
stipendii a munificentia potissimum commendabile, in prae-
cipuum stipendiatorum commodum tanti fecit, vt lite
propterea instituta illud suis sumtibus obtineret, sed legiti-
mas etiam in posterum vsuras ex forte apud se deposita de-
crevit, ne super vsuali usurarum deminutione nostris, prout
plerisque aliis piis causis, ingemiscendum esset.

Idemque Senatus, quoniam ex nostris, Scabinorum,
Senotorumque filiis deerant, qui huius beneficij compotes
fieri peterent, illud actuarii nostri M. Weberi filio juniori
Friderico Benedicto generose largitus est.

Recolat igitur hic iuuenis proximo Iouis die XII. Iunii
Francisci Bornii emortuali hora IX — X illustris per integ-
rum seculum in hac potissimum vrbe nominis memoriam,
gratesque decentissimas Perillustribus Collegii amplissimi
Praesulibus referat.

Nos vero, vt honorifica frequentique praesentia orato-
rem ornare et condecorare velint, RECTOREM ACA-
DEMIAE MAGNIFICVM, PRINCIPEM SERE-
NISSIMVM, Proceres vtriusque reipublicae grauissimos,

mos

Illustrissimos Comites, Generosissimosque ac Generosos
academiae ciues, obseruantissime cupimus rogatos.

Scribeb. Lips. Fest. Pentec. A. C. MDCCXCIV.

EX OFFICINA SAALBACHIA.



Leipzig, Diss; 1794

ULB Halle
004 527 747

3



f
sb.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

Farbkarte #13

MEMORIAM
BORNIANAM

ET

SENATUS AMPLISSIMI
MVNIFICENTIAM

IN

AUDITORIO IVRISCONSULTORVM
SOLEMNI ORATIONE

D. XII. IVN. A. C. CCCCCXCIV.

HORA IX.

RECOLENDAM AC CELEBRANDAM

INDICVNT

ORDINARIVS
SENIOR ET RELIQVI FACVLTATIS
IVRIDICAE ASSESSORES.

INSVNT

Responso. Iur. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. et XXXIX.

